

Concil. Trid. interpret. in *Mutinen. ordinationis* 14 Maii 1689. In hac causa enim, tametsi definitum fuerit abbatem Casinensem haud potuisse primam tonsuram conferre oblato; idem tamen dicendum est de novitio, quippe qui non secus ac oblatus, subditus regularis dici nequit.

(109. Utrum autem collatio primæ tonsuræ, et ordinum minorum facta novitio sit tantum illicita, an etiam invalida, vide apud Gruber., *De privileg.*, disput. 7, sect. 2, num. 18 et seq.

(110. De ordinarii licentia ex concil. Trid., sess. xxy, cap. 16, *De regular.*, in renuntiationibus novitiorum intra duos menses ante professionem requisita, de qua agit Auctor a n. 30 ad plur. sequent. quæri solet, et quidem maxima animorum contentione, utrum requisita ea sit pro extrinseca solemnitate, an pro forma. In varias doctores abierunt opiniones. (111. At Rota tenet eam pro forma requisitam esse, ut novissime in *Romana, seu Januen. successionis* 9 Decembris 1746, § 1, cor. clar. mem. Millin., et 26 Jun. 1747, § 8, cor. reverend. Cortada.

(112. Valde autem utilis est hæc observatio; eo enim ipso quod hæc licentia non pro solemnitate extrinseca sed pro forma

NUMMUS.

Vid. verb. EMPTIO, art. 1, n. 7 et 8.

NUNTIUS.

(1. Nuntii Sedis Apostolicæ offendi prohibentur sub pœna excommunicationis in bulla *Cænæ*. Benedict. XIV, t. I, constitut. 14, incip. *Pastoralis*, § 11. (2. Nuntii Apostolicæ Sedis admittitur facultas dispensandi quoad clausuram. Idem, constit. 39, incip. *Regularis disciplina*, § 4, et constitut. 4, incip. *Salutare*, § 3. (3. Nuntio Poloniæ admittitur facultas dispensandi quoad formalitates præscriptas in celebratione matrimonii. Idem, constitut. 85, incip. *Nimiam*, § 16. (4. Arbitrio nuntii Apostolici Venetiis existentis permittitur neophytis ad fidem conversis Venetiis in loco pio catechumenorum matrimonium contrahere cum fideli absque interpellatione prioris conjugis in infidelitate relictis. Idem, constitutione 117 incip. *In suprema*. (5. Nuntii Apostolici in Computisteria camerari rationes exhibere tenentur de pecuniis cameræ a se administratis. Idem, tom. VII, constitut. incip. *Apostolicæ Sedis*, num. 26. (6. Nuntii Sedis Apostolicæ injungitur, ut super episcoporum residentia invigilent. Idem, constitut. 18, incip. *Ad universæ*.

Alia ad rem vid. verb. LEGATUS.

* Nuntiorum Apostolicorum, qui stabilem apud aliquem principem, aut in aliqua urbe sedem habeant, origo vetustissima est, et ab apocrisariis, qui saltem a S. Leonis M. temporibus ad Constantini Pogonati imperium in Constantinopolitana urbe apud Orientis imperatores, et in ipsa imperatorum aula residebant, repetenda. Duo autem

est requisita, sequitur hinc, quod si ea haud interveniat in ipso actu renuntiationis, præsumi haud possit, ex observantia licet triginta annorum. Ex hac enim observantia præsumi potest solemnitas extrinseca actus, non item forma ejusdem actus, ut confutatis omnibus contrariis, respondit idem sacrum tribunal Rotæ, in *d. Romana, seu Januen. successionis* 9 Decembris 1746, § 7 et seq., coram clar. mem. Millin., et 26 Junii 1747, § 8, et plur. seq., cor. reverendiss. Cortada.

(113. Quid, si ipsa licentia enunciata in instrumento renuntiationis, minime tamen reperitur? Hoc in casu posse eam præsumi ex observantia triginta annorum placuit eidem supremo auditorio Rotæ in dict. *Decisionibus* mox citatis. (114. At si ipsa nec enunciata in instrumento renuntiationis sit, præsumi haud potest ex dicta observantia triginta annorum.

(115. Nec illud est hic reticendum, quod ex eo, quod hæc licentia requisita est pro forma actus, nec juramento renuntiare ei valet novitius. Rota in dict. *Romana, seu Januen. successionis* 9 Decembris 1746, § 8, coram clar. mem. Millin., et 26 Junii 1747, § 8, coram reverendiss. Cortada.

sunt hujusmodi nuntiorum genera. Alii enim *primi ordinis* sunt, qui scilicet non ante suo munere defunguntur, quam cardinales renuntiant; alii *secundi ordinis*, quibus non statim a suæ legationis exitu, sacræ purpuræ honor deferri consuevit. Sunt illi nuntii, qui Vindobonæ apud imperatorem commorantur, et apud reges Galliarum, Hispaniæ ac Lusitaniæ; hi vero nuntii Poloniæ, Venetiarum, Lucernæ apud Elvetos, Monachii in Bavaria, Neapolis, Florentinæ, et qui seu ad tractum Rheni mittuntur, et coloniæ Agrippinæ resident, seu missionibus Hollandiæ et Angliæ præsent, et Bruxellis consistunt. Omnibus hisce nuntiis antiquitate præstat Viennensis; licet enim Neapoli jam xiv sæculo fuerint hujusmodi nuntii, ita tamen eorum series interrupta fuit, ut si illorum instaurationem attendimus, Viennensibus, qui sub ipsa xvi sæculi initia statuti sunt, posteriores haberi debeant. Coloniensis, seu ad tractum Rheni primum constitutus a Gregorio XIII fuit, qui illuc Magni Caroli Borromæi familiarem Franciscum Bonomium episcopum Verecellensem Coloniæ misit, ut Gerardo Truchsessio archiepiscopo Coloniensi, qui cum sanctimoniali Agnele Mansfeldia sacrilegum connubium inierat exauctorato, domicilium ibi figeret, suaque præsentia et auctoritate aut mala præcaveret, aut certe nulla interposita mora repararet. Clemens deinde VIII avulsis a Coloniensis nuntii jurisdictione Hollandis, aliisque qui in Belgii missionibus

bus degunt catholicis, novum nuntium Bruxellis residere jussit, qui et Anglorum missionibus præesset. Novissimus inter nuntios Monacensis est, quem Pius VI P. M., urgente religionis catholicæ studiosissimo Bavariæ duce atque electore, instituit, non tamen sine exemplo, ut non tam creasse, quam intermissam legationem illam revocasse, et confirmasse videatur.

Ad nuntiorum jurisdictionem quod attinet, ea ex illos mittentis auctoritate, et potestate accersenda est. Vere enim quotquot Romani Pontifices nuntios legant, illud Gregorii M., lib. 1, ep. 1 *ad episcopos Siciliae* usurpare possunt: « valde necessarium per-

NUNDINÆ

1. Nundinæ sunt de rebus majoribus semel in anno, vel saltem raro in eodem loco, negotiatoribus de longinquo convenientibus. Benedict. XIV, tom I, constit. 44, incip. *Ab eo tempore*, § 16. (2. Nundinæ ecclesiasticis legibus sæpe interdiciæ fuerunt diebus festis. Idem, *ib.*, § 18. (3. Sed ob generalem consuetudinem, et necessitatem hominum tolerandæ sunt. Idem, *ib.*, § 25. (4. Prohibentur tamen agitari commercia certis per diem festum horis, quibus di-

speximus, ut sicut prædecessorum nostrorum fuit judicium, ita uni eidemque personæ omnia committamus, ut ubi nos præsentem esse non possumus, nostra per eum, cui præcipimus, repræsentetur auctoritas. » Sed cum a paucis annis hac de re in Germania contentio aliqua exorta sit, ac tenebricosi quidam scriptores impudentissimis libellis Nuntiorum jurisdictionem oppugnare ausi sint, brevi liber prodibit ab ipsis Germanis expetitus (cujus etiam specimen quoddam germanice nuper exiit) ad tantam comprimendam temeritatem atque audaciam. * Transumpta jam h. libri editi sub v. Vic. APOST. inseremus. *

NUPTIÆ.

SUMMARIUM.

1. Nuptiæ unde dicte? — 2. Femine dum maritantur, cur velentur? — 3. In nuptiis quare a sponso datur annulus sponsæ, et inseratur in quarto digito? — 4. Veritas nuptiarum non consistit in sola commistione maris et femine, sed principaliter in tori conjugalis fide, et cura ordinata filios procreandi. — 5. Qui non filios procreandi, sed explenda libidinis causa sibi invicem copulantur, non tam conjuges quam fornicarii videntur. — 6. Nuptiæ terram replent, virginitas paradysum. — 7. Nuptiæ secundæ permittuntur ut licitæ. — 8. In nuptiis non debent Christiani saltare, et alia similia facere. — 9. Nuptiarum solemnitas quibus temporibus fuerit prohibita jure veteri. — 10. Et quibus temporibus sit prohibita jure novo concilii Tridentini. — 11. Tempus Adventus in hac prohibitione incipit a primis vespers sabbati præcedentis, in feria autem quarta Cinerum a media nocte illius ferie. — 12. Terminat autem tempus dietæ prohibitionis in die

(1. Nuptiæ dicuntur ab obnubendo, quia femine in nuptiis caput suum obnubere solebant; textu expresso in cap. *Nec illud* 8, caus. 30, qu. 2, ibi: « Inde enim et nuptiæ dicte, quod pudoris gratia se puellæ obnubent. » Sic etiam fecit Rebecca videns Isaac sponsum venire in occursum sibi: *Gen.* xxiv, 64, 65, ibi: *Rebecca quoque, conspecto Isaac, descendit de camelo. Et ait ad puerum: Quis est ille homo, qui venit per agrum in occursum nobis? Dixitque ei: Ipse est dominus meus. At illa tollens cito pallium, operuit se.*

(2. Femine, dum maritantur, ideo velantur, ut cognoscant se semper maritis suis subditas esse, et humiles, textu expresso in cap. *Femine* 7, caus. 30, qu. 5, ibi: « Femine, dum maritantur, ideo velantur

vina officia celebrantur. Idem, *ib.*, § 30, et constit. 105, incip. *Paternæ charitatis*, § 2, et prorogatis diebus nundinarum et indulgentiarum ad eas celebrandas concessorum. (5. Idem, *ibid.* (6. Nundinæ in civitate Senogalliensi celebrari jubentur per septemdecim postremos dies mensis Julii, cum privativa, exemptionibus et privilegiis. Idem, cit. constit. 105, incip. *Paternæ*. Vide tom. III, verb. FESTA, num. 120, 121.

Epiphaniæ, et in die octavæ Paschatis inclusive. — 13. Nuptiarum solemnitas pro certis anni temporibus potuit, et potest licite prohiberi ab Ecclesia, et contrarium asserens est anathema. — 14. Omnia ea, quæ concernunt nuptiarum benedictionem, remissive. — 15. Traductio uxoris ad domum viri privata, et sine solemnitate, et consummatio matrimonii, seu carnalis copula, an sit prohibita in supradictis anni temporibus? — 16. Denuntiationes matrimonii fieri possunt temporibus prohibitis nuptias celebrare. — 17. Per nuptias prohibitas proprie intelligitur ipsamet solemnitas, seu pompa exterior, quæ in contractu matrimoniali adhiberi solet. — 18. Advertenda sunt hic aliqua notabilia ad n. 19. — 20. Mater transiens ad secundas nuptias privatur tutela filiorum prioris matrimonii. — 21. Item perdit etiam curatelam eorum. — 22. Dicta tamen pœna non afficit patrem transeuntem ad secundas nuptias. — 23. Alia ad rem, ad n. 28. — 29. Subnectuntur *Addit. ex aliena manu* ad n. 58.

ut noverint se semper maritis suis subditas esse et humiles. » * Olim erat purpurei coloris, quod propterea *flammeum nuptiale* vocat S. Ambrosius *De virgin.*, cap. 15, ad denotandum fortasse pudorem, quem in conjugio servari oportet. *

(3. In nuptiis annulus a sponso sponsæ datur, vel propter mutua fidei signum, vel propter id magis, ut eodem pignore eorum corda jungantur, et ideo quarto digito inseritur, textu expresso in d. cap. *Femine* 7, caus. 30, qu. 2, in fine, ibi: « In primis negotiis annulus a sponso sponsæ datur, fit hoc nimirum, vel propter mutua fidei signum, vel propter id magis, ut eodem pignore eorum corda jungantur. Unde et quarto digito annulus idem inseritur, quod in eo vena quedam, ut fertur, sanguinis ad cor usque

perveniat. » * Annulus ex veteri more ad sponsalia spectat, non ad nuptias. Quare Tertullianus, *Apolog.*, cap. 6, eum vocat *pronubum annulum*. Vide S. Nicolai I *Responsa ad consult. Bulgaror.*, ubi cæremonias in sponsalibus adhiberi solitas ab illis, quæ in nuptiis, aperte distinguens, annulum ad *arrhas* refert, quibus « sponsam sibi sponsus per digitum fidei annulo insignitum desponderit. » *

(4. Veritas nuptiarum non consistit in sola commistione maris et feminae, sed principaliter in tori conjugalis fide, et cura ordinata filios procreandi, ut expresse cavetur in c. *Non enim*, caus. 32, q. 1. Unde qui non causa procreandi filios, sed explendæ libidinis sibi invicem copulantur, non tam conjuges, quam fornicarii videntur: Gratianus ad cap. *Pudor* 1, caus. 32, qu. 2, ibi: « Qui ergo non causa procreandæ sobolis, sed explendæ libidinis sibi invicem copulantur, non tam conjuges quam fornicarii videntur. »

(5. « Nuptiæ terram replent, virginitas paradisum; » sic expresse dicitur in cap. *Nuptiæ* 11, caus. 32, 1. Nuptiæ secundæ permittuntur ut licitæ; cap. *Hac ratione* 9, cap. *Quomodo* 10, c. *Aperiant* 11, cap. *Deus* 12, et cap. *Quod si dormierit* 13, caus. 31, q. 1, cum similibus.

(6. In nuptiis non debent Christiani saltare, et alia similia facere. Concil. Laodicens., cap. 33. ibi: « Non oportet Christianos ad nuptias euntes vel ballare, vel saltare, sed caste cenare, vel prandere, sicuti competit Christianis. » Et hoc in secundis nuptiis prohibetur sub pœna excommunicationis, et alia arbitraria. Con. Turonen. IV, cap. 13, ibi: « Fieri omnino prohibemus sub excommunicationis sententia, et alia pœna arbitraria. »

(7. Nuptiarum solemnitas jure veteri prohibita erat a Septuagesima usque in octavam Paschæ, et tribus hebdomadis ante festivitatem Sancti Joannis Baptistæ, et ab Adventu usque in Epiphaniam: textu expresse in c. *Non oportet* 10, caus. 33, q. 4, ibi: « Non oportet a Septuagesima usque in octavas Paschæ, et tribus hebdomadis ante festivitatem sancti Joannis Baptistæ, et ab Adventu Domini usque post Epiphaniam nuptias celebrare, quod si factum fuerit, separentur; » et ex parte concordat cap. *Non oportet* 8, cap. *Non licet* 9, et cap. *Ne uxorem* 11, ead. caus. 33, et qu. 4, et de his sermo in cap. *Capellanus* 4, De feriis.

(8. Jure autem novissimo concilii Tridentini sess. xxiv, *De reformat. matrimonii*, cap. 10, nuptiarum solemnitas prohibetur solum ab adventu Domini usque in diem Epiphaniæ, et a feria quarta Cinerum usque in octavam Paschatis inclusive, ibi: « Ab adventu Domini nostri Jesu Christi usque in diem Epiphaniæ, et feria quarta Cinerum usque in octavam Paschatis inclusive, antiquas solemnium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus observari sancta synodus præcipit. In aliis vero temporibus nuptias solemniter celebrari permittit: quas

episcopi, ut ea qua decet modestia et honestate fiant, curabunt; sancta enim res est matrimonium, et sancte tractandum. »

(9. Tempus Adventus in hac prohibitionem incipit a primis vespere sabbati præcedentis: in feria autem quarta Cinerum a media nocte illius feriae. Barbosa, in d. sess. xxiv concil. Trident., cap. 10, n. 2; Molfes., in *Summa theologiæ moralis*, tract. 4, cap. 11, n. 11, et alii passim. (10. Terminat autem tempus dictæ prohibitionis in die Epiphaniæ inclusive, et in die octavæ Paschatis etiam inclusive. Concilium enim, dum dicit, « usque in diem Epiphaniæ, » excludit ipsius octavam, et dum subjungit *inclusive*, comprehendit tam ipsam totam diem Epiphaniæ, quam totam diem octavæ Paschatis, quia illud verbum *inclusive* ad utrumque tempus est referendum, cum nulla subsit ratio diversitatis, ut recte notat Fagnan. in cit. cap. *Capellanus* 4, n. 5. De feriis, arg. l. *Plures* 29, ff. *De rebus dubiis*, et l. *Cum post omnes* 1, cod. *De liberis præteritis*.

(11. Nuptiarum solemnitas pro certis anni temporibus potuit, et potest licite prohiberi ab Ecclesia; et contrarium asserens est anathema. Concil. Trid., sess. xxiv, *Doctrina de sacramento matrimonii*, canon. 11, ibi: « Si quis dixerit prohibitionem solemnitatis nuptiarum certis anni temporibus superstitionem esse tyrannicam, ab ethnicorum superstitione profectam, aut benedictiones, aut alias cæremonias, quibus Ecclesia in illis utitur, damnaverit, anathema sit. »

(12. Omnia ea, quæ concernunt nuptiarum benedictionem, vide verb. *Benedictio*, art. 4, per totum.

(13. Traductionem uxoris ad domum viri etiam privatam, et sine solemnitate, item et carnalem copulam, seu consummationem matrimonii prohiberi in supradictis anni temporibus censet, et multis adductis, probat Fagnanus in cit. cap. *Capellanus* 4, De feriis, a n. 8 usque in finem. At solam traductionem, quæ fit cum solemnitate, esse interdictam tenet Gofredus, in *Summa*, tit. *De matrim. contrahend. contra interdict. eccles.*, n. 2; Tancred., et post eum Hostiens., in cit. cap. *Capellanus*, n. 2, in fine; Reiffenstuel, *Theolog. moral.*, dist. 14, qu. 2, n. 12; Sanchez, *De matrim.*, tom. II, l. vii, n. 16. Item et copulam carnalem, seu consummationem matrimonii esse licitam dictis temporibus tenent Sanchez, l. c., n. 23; Navarr., in *Manual.*, cap. 22, n. 7; card. Bellarm., l. 1 *De matrim.*, c. 31, ad finem; Barbosa, in d. sess. 24, cap. 10, *De reformat. matrim.*, n. 5, et alii passim, et signanter Nicolius in *Flosculis*, verb. *Matrimon.*, n. 6, ubi expresse dicit, quod matrimonium contrahere, vel consummare absque nuptiis, et traductione sponsæ solemniter, ac sine benedictione nuptiali nullo tempore prohibetur. Ex Rituali Rom., rubr. *De sacrament. matrim.*; Navarr., cap. 22, n. 71, et jam sic obtinuit praxis, ut quocumque tempore licite matrimonium contrahatur coram parochio, et testibus absque solemnitate, per

textum in cit. c. *Capellanus* 4, De feriis, ubi dicitur, quod « ea sit Romanæ Ecclesiæ consuetudo, ut quocumque tempore matrimonium contrahatur. » (14. Unde denuntiationes matrimonii fieri possunt temporibus prohibitis nuptias celebrare, ut expresse decrevit sac. congr. Ep. et Reg. 18 Dec. 1589, apud Barbosa in *Summa apost. dec.*, verb. *Denuntiationes matrimoniales*, n. 2, et *De offic. et potest. parochi*, cap. 21, n. 14. (15. Per nuptias enim prohibitas proprie intelligitur ipsamet solemnitas, seu pompa exterior, quæ in contractu matrimoniali communiter adhiberi solet; arg. concil. Trid., cit. sess. xxiv, canon. 11, ibi: « Prohibitionem solemnitatis nuptiarum; » et cit. cap. 10 ejusdem sess. xxiv, ibi: « solemnium nuptiarum prohibitiones... nuptias solemniter celebrari; » ut expresse docet Reiffenstuel, loc. cit., dist. 12, n. 2, et alii passim.

(16. Attendenda sunt hic, quæ sapientissimo suo more tradit card. de Lambertinis, Ben. XIV, in suis eruditissimis *Notificationibus*, volumine IV, notification. 13, per tot., ubi plurimis solidissime ad rem adductis merito ibi videndis, docet, ad licite contrahenda matrimonium temporibus vetitis, seu feriatis requiri licentiam ordinarii in illis diocæsesibus, ubi adest, vel legitima consuetudo, vel diocæsana dispositio ipsam petendi dictis temporibus, quia ibi obtenta, et licite contrahitur matrimonium, et sponsa absque solemnitatibus ad viri domum traditur, juxta decretum sacræ congregationis Concilii sub die 10 Junii 1684, ab ipso allegatum his verbis:

DUBIUM TRADUCTIONIS SPONSÆ.

« Nonnulli parochi pro sua et matrimonii contrahentium quiete supplicant declarari: »

« An concessa per episcopum licentia contrahendi matrimonium temporibus a sacro concilio vetitis, in iis locis in quibus dispositio ejusdem concilii ad ipsum quocumque matrimonii contractum reperitur a consuetudine extensa, dicatur etiam permessa traductio sponsæ, seu uxoris ad domum viri? Die et anno, quo supra, Respondit: *Affirmative*, dummodo traductio fiat absque solemnitatibus. »

(17. Ac inde concludit sapientissimus Pontifex: « Nemo ergo super hoc se, ac alios inquietet; et si quis zelat evellere in hac materia abusus, curet potius eradicare a mente nubere volentium superstitionem jam pene universaliter introductam nolendi uxorem ducere mense Maii, juxta sancita in concilio provinciali Burdigalensi de anno 1624, cap. vii, *De matrimonio*, n. 5, ibi: « Abolenda sane perversa illa, ac supersticiosa quorundam opinio, mense scilicet Maio uxorem non ducendi, quasi aliud ex eo mali ominis emanans fidelitati contrahentium, ac prosperitati nuptiarum obstare possit. Doceatur igitur populus, et ab omnibus parochis sæpe instruat, ut supersti-

tiosis illis nugis fidem haudquaquam adhibeat, sed præter ea tempora in quibus ex præscripto Ecclesiæ a celebratione nuptiarum abstinendum, nullum esse, quo ipsæ jure, et canonice celebrari prohibeantur. »

(18. Mater transiens ad secundas nuptias privatur tutela filiorum prioris matrimonii, textu expresse in l. *Matres* 2, cod. *Quando mulier tutelæ officio fungi potest*, ibi: « Nam si malunt alia optare matrimonia, tutelam administrare non debent; » et concordant Authen. *Sacramentum*, et l. *Si pater* 3, cod. eod. Item perdit etiam curatellam eorum. L. *Quod si nolit* 31, § 13, ff. *De adlittio edictio*, Reiffenstuel, l. iv *Decr.*, tit. 21, n. 39; Sanchez, *De matrimonio*, lib. vii, disp. 88, n. 4 et 11; Joannes Bossius, *De matrim. contract.*, cap. 11, n. 268; Rosignol., in alias *De matrimonio* controversias, contract. 13, *De matrimonio*, prænot. 6, n. 1 et 3, et alii passim. Et ratio est, quia vehemens, et efficacissima præsumptio est, quod femina transiens ad secundas nuptias, negligat filiorum præcedentis matrimonii curam, eorumque bona in commodum posterioris matrimonii cum illorum jactura disperdat.

(19. Dicta tamen pœna non afficit patrem transeuntem ad secundas nuptias. Baldus, authent. *Eisdem pœnis*, n. 8, cod. *De secundis nuptiis*; Angelus, l. *Ex facto*, n. 4, ff. *De vulgari et pupillari substitutione*; Pinellus, l. final., n. 15, cod. *De bonis maternis*; Reiffenstuel, l. c., n. 39; Rosignol, l. c., n. 2; Sanchez, l. c., n. 12, et alii. Imo, existente patre, non datur filiis tutor, nisi eosdem emancipet; l. *Si infanti* 18, cod. *De jure deliberand.*, manetque pater legitimus administrator gaudens usufructu bonorum maternorum, filiis quoque proprietatem competentibus; l. *Generaliter* 5, verb. *Negotia*, cod. *De secundis nuptiis*, et l. *Omnem* 4, cod. *De bonis maternis*, ibi: « Patres igitur usumfructum rerum maternas, etiamsi ad secundas nuptias migraverint, sine dubio habere debent. » Supradicta enim lex cum præcise loquatur de matre binuba, et non de patre binubo, utpote pœnalis, est stricte interpretanda, nec est extendenda ultra expressa, arg. cap. *Odia* 15, De regul. juris in 6, cum similibus; tum quia in patre binubo non currit illud tantum periculum in damnum filiorum prioris matrimonii, quod currit in matre binuba, ut de se patet, adeoque, etc.

Parentes transeuntes ad secundas nuptias, quando amittant hæreditatem, et legitima filiorum præmortuorum, vide verb. *Legitima*, a n. 33 ad 35.

(20. Alia ad rem, vide verb. *Benedictio*, art. 4, per tot., et verb. *Uxor*, n. 42.

(21. Nuptiarum ritus superstitione infecti, fidelibus Indis prohibentur. Bened. XIV, t. I, constit. 107, incip. *Omnium sollicitudinum*, § 2 et 14. (22. Nuptiarum tempora ab Ecclesia præscripta, sunt observanda etiam in regno Servia, et finitimis regionibus. Idem, constitut. 89, incip. *Inter omni-*